

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Capitulorum descriptio: hoc est, quæstionum solutio, sive problematum.
Quæstiones Romanæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

PLVTARCHI CAPITVLORVM DE-
scriptio: hoc est, *Questionum solutio, siue*
problematum.

QVÆSTIONES ROMANÆ.



Vid causæ est cur sponsa in nuptiis iubeatur a I.
quam & ignem tangere? An quòd horum, qua-
tenus in elementis ac principiis numerantur,
alterum mas est, alterum femina: & ignis prin-
cipia mouonis suggerit, aqua subiecti ac materiæ facul-
tatem obrinet? An quia ignis lustrat, aqua purgat: debet au-
tem quæ nubit puritatem ac castimoniam conferuare? An
quòd sicut ignis absque humore nutriendi vi destituitur,
15 est quæ aridus, aqua autem absque calore sterilis est & ocio-
sa, ita mas quoque & femina seorsim nihil valent, coniun-
ctione eorum vitæ consuetudo perfecta à nuptiis redditur?
An id significare volunt, alterum ab altero deseri non debe-
re, sed eos in societate qualiscunque fortunæ persistere, et-
20 iam ita rebus ferentibus, vt præter ignem & aquam nihil
boni vnà frui detur?

Cur in nuptiis quinque faces, (cereos ipsi vocant) non II.
plures his aut pauciores accendunt? An quia, vt Varro
ait, prætores trinis, pluribus ædiles vtebantur, ab his *
25 autem sponsi accendunt ignem? An quòd cum vtantur
compluribus aliàs etiam numeris, tum alioqui præstantior
atque perfectior impar creditus est, tum ad nuptias melius
quadrare visus? Par enim diuidi se patitur, partesque eius
æquis inter se viribus contendunt. Impar autem omnino
30 diffindi se non fert, sed diuisus semper aliquid relinquit. In-
ter impares porò omnium maximè congruit nuptiis qui-
narius. nã ternarius primus est de imparibus, binarius pri-
mus de paribus: ex his tanquam mare & femina miscetur
quinarius. Aut potius, quoniam lumen procreationis si-
35 gnum est, mulieres autem ad quinq; plerunq; pariunt, toti-
dem vtuntur facibus? Aut quia matrimonium cōtrahen-
tes quinq; deorum ope indigere putant, Iouis perfecti, lu-
nonis perfectæ, Veneris, Suadæ, ac Dianæ, (ea Lucina est)
quam parturientes inuocant.

Quamobrem de multis quæ Romæ sunt Dianæ tēplis. III.

Paris ☽
imparis
numeri
ets, ☽
quinarij.

id solum non intrant viri, quod est in vico patricio? An id sit ob sermonē vulgatum? narrant enim mulierem ibi deæ cultum exhibētem à quodam vi fuisse compressam, eumq; à canibus discerptum. inde superstitionem natam, ne viri eò intrarent.

IV. Cur reliquis Dianæ fanis soliti ceruorum cornua affigere, ei quod in Auētino est botum cornua affixerunt? Fortassis vt monumentum esset antiqui casus. Fuit quidam in Sabinis Antro Coratius. is vaccam habebat magnitudine & forma reliquis præstantem: monitusq; à vate quodam, qui in Auentino bouē hanc Dianę immolasset, ei fata summam potestatem deferre, urbemq; ipsius Italiæ totius regno potituram, Romam se contulit bouis ibi mastradæ gratia seruus autem regi Seruio clam id vaticinium, idq; rex Cornelio pontifici indicauit. tum Cornelius Antroni mandauit, vt ante sacrificium aqua Tiberis profluente sese ablueret: sic enim legib. præscriptum esse litaturo. ita hic lotū abiit. interim Seruius occasione immolandæ vaccæ in honorem Dianæ præcepit, mastratæq; cornua templo affixit. Hoc & Iuba narrat, & Varro. nisi quod hic Antronis nomē non habet, deceptumq; non à Cornelio sacerdote Sabinum, sed ab ædituo refert.

V. Cur quos peregrè mortuos falsò fama nunciauit, reuersos non per fores admittunt, sed cōscenso tecto in domum demittunt? Fabula omnino est, quod Varro pro causa adfert. Cùm bello apud Siciliā magnū nauale prælium fuisset cōmissum, multosq; fama mentiretur periisse qui erant superstitēs, hos domum reuersos, intra breue tempus vniuersos fuisse mortuos. vnū ex illis domi suæ ianuam fortè fortuna oclusam offendisse, neq; aperire potuisse. ipsum cùm ante fores obdormiuisset, per quietē spectrum vidisset, quod ei præciperet, vt se de tecto in domum demitteret. eumq; consilio huic paruisset. longamq; vitam feliciter egressisset. atq; huius ab exemplo istam fuisse introductā consuetudinem. Quid verò, si ea quoq; Græcis morib. est similis? Græci enim profanos habebant, neq; iis sese permiscēbāt, neq; ad sacrificia admittebant eos, quibus factum fuerat funus & sepulcrum tāquam mortuis. Et relatū in commentarios reperi, Aristinum quendam ea ipsa obstrictum religione Delphos misisse, qui pro se deprecarentur, & quo pacto

paçto difficultatibus, in quas legum autoritate compulsus erat, sese extricaret, rationem ostendi peterent. ei sic à Pythia fuisse responsum:

His, peragit quacunq; puerpera, ritè peractis

Omibus, ad superum tua dona altaria sistes.

5 eumq; oraculo probe intellecto, mulierib. sese quasi renatū præbuisse lauandum, vincendum, laetendum, idq; reliquos deinde, quos idem casus excepisset, imitatos fuisse omnes, nomenq; iis factū Hysteropotmi, quòd scilicet à cre-
10 ditio quasi postliminio reuertissent. Sunt qui hūc de Hysteropotmis expiandis morè ipso putent Aristino priorè, priscumq; fuisse. Nō itaq; mirū est, si Romani tūc quoq; eos quos semel sepultos ac reb. humanis exemtos esse fuerat creditū, existimauerūt nō debere per ostiū ingredi, per
15 quod sacrificatū exitur, ac sacrificatu reditur: sed eū deorum ex aere voluerunt in atrium sub dio positum demitti. Expiationes enim omnes solent ferè sub dio peragere.

Quare mulieres osculo salutant cognatos suos? An id VI. sentiendum est, quòd plerisque probatur? Interdictum vsu
20 vini mulieribus fuisse: ac proinde ne latère possent si qua vinum bibisset, sed à familiaribus inter congressum deprehenderetur, osculandi morem fuisse institutum. An verò quam adfert Aristoteles philosophus causam, ea recipiēda est? Id enim quod fama peruulgatū est, multisq; locis ad-
25 scribitur, facinus Troadum, ab iis in Italia perpetratū fuit. nam ibi cū post nauium appulsū viri essent digressi, mulieres ignem nauibus iniecerūt, vt erroribus finè imponerent ac nauigationi. deinde sibi metuentes à maricis, cognatos & familiares, vt quisq; se obtulerat, cū suauio sunt
30 amplexè. itaq; placata vt in gratiam fuit reditum, hoc deinde eis blandiendi genus retinuerunt. Aut potius datum est hoc mulieribus, vt honorè simul eius potentiamq; conciliās, si viderētur multos ac probos habere cognatos & propinquos? Siue hoc verius est? cū esset legibus interdictū co-
35 gnatarū nuptiis, vsq; ad osculum tamen amori permissum progredi, eaq; fuit consanguinitatis tessera & communicatio. Antiquitus enim sanguine iunctas Romani nō copulabāt sibi in matrimonio, vt ne nūc quidē materteras aut so-
Nuptia cō-
40 rores. Serò concessum fuit, vt ducere consobrinas liceret: propin-
idq; tali de causa. Vir quidā, pecuniæ indigens, aliās hone-
quis.

ftus, & gratia populari nemine inferior, confobrinam habere putabatur vxoris loco, ad quam hæreditate dos magna peruenerat, eaq; ratione diues ipse effe. cui cū effet eo nomine dies dicta, populus omiffa caufæ cognitione eum abfoluit, decretoque factò nuptias confobrinarum permiffit publicè, coniugio autem superiorum graduum interdixit.

VII.
Donationes coniugum.

Cur donationes inter maritum & vxorem prohibita sunt? An quemadmodum Solon donationes mortis caufa factas valere voluit, iis tantùm resciffis quæ necessitate extortæ, aut muliere perfuadente factæ effent: nimirum quòd necessitas vim animo faceret, voluptas autem eidem imponeret. an, inquam, eodem modo Romanis suspectæ erant coniugum donationes? Aut potius, quòd signum benevolentia: subtiliffimum putarent effe donum, (dant enim etiam alieni & non amantes) ideò istud demerendi genus è coniugio sustulerunt, vt absque mercede gratis, ac propter se non alius caufa coniuges inuicem amarent? An, quia muneribus capiundis maximè corruppùtur mulieres vt alienos admittant viros, grauitatem iis conciliare cenferunt quòd suos nihil dantes diligerent? An hæc est verior ratio, quòd mariti & vxoris omnia debent effe communia? Qui enim accipit quod datur, is discit pro alieno putare quòd datum non est: itaq; pauca inuicem dantes, reliqua omnia adimunt. 25

VIII.

Cur à genero aut focero donum capere vetitum fuit? A genero, quia id per patrem videbatur ad vxorem reditum. à focero, Quod iustum videbatur nihil accipere eum, qui nihil daret.

IX.

Quamobrem rure aut peregrè domum redeuntes mariti, præmittunt qui adesse ipsos significet? An quia hoc est prohibitati vxoris suæ confidentis viri, (nam ex improuifo & subitò superuenire, speciem insidiarum & infenfe obseruationis habet) ideo dant operam vt desiderantibus se atque expectantibus vxoribus lætum sui aduentus nuncium offerant? Aut potius quòd ipsi rescire cupiunt, saluæne & desiderio sui affectas vxores domi sint offensuri? Vel quoniã plura sunt mulierib. domestica negocia & rei familiaris occupationes plures, mariti vbi absunt, varia: que curæ & discursus: ideo aduentus nuncium accipiunt, vt omiffis istis negociis

negocijs absque tumultu ac suauiter maritum excipiant?

Cur deos velato capite adorant, cum alioquin homini-
 bus obuiam facti venerandis, caput, si forte eo recto incedunt, detegant? hoc enim est, quod quæstionem videtur facere difficiliorem. Narrant Æneam cum rem sacram faceret, Diomede prætereunte caput velasse, itaque sacrificium absoluisse. Hoc si verum sit, non est alienum à ratione, sed consentaneam, vt quemadmodum aduersus hostem caput tegimus, ita amicis & præstantibus hominibus obuiam dati idē nudemus. & quòd deos velato capite veneratur, nō propriū id est, sed fit per accidens, facto isto Æneæ in consuetudinē tracto. Quod si alia est afferēda causa, vide ne id modò quærendū sit, cur in veneratione deorum caput tegatur: alterum verò eius sit consecrarium. Nam quòd coram potentioribus hominibus caput nudant, nō faciunt augendi honoris eorum gratia, sed vt eos inuidia liberēt potiùs, ostendantq; eos nō posse sibi eosdem cū diuinis honores, neq; ferre aut gratū habere eodem se quo deos modo coli. Deos autem operto capite adorauerunt, vel quòd ea re animi demissionē confiterentur, vel potiùs, quòd verētes ne qua vox mali ominis foris accideret, vsque ad aures vestem sursum attrahūt. hoc enim eos admodum vitare, ex eo liquet quòd ad oraculum cōsulendum accedentes, tinnitu æris circumsonantur. Aut, vt Castor tradit, qui Romana instituta Pythagoricis accomodat, vt ostendant genium qui in nobis est deorum qui extrā sunt ope indigere ijsque supplicare: capite operiendo per ambages arguentes animum à corpore occultari atque regi.

Cur Saturno sacrificatēs capita habent resecta? An quia velare caput institutum est Æneæ, Saturni autem sacrificium multo est vetustius? An quòd capita operiunt corā deo-
 30 lestibus dijs: Saturnum autem inter inferos terrestresque deos numerant? An quòd veritati nihil opertum est, nihil occultum? nam veritatis patrem Romani Saturnum (qui
 35 Cronos Græcis dicitur) esse censent.

Cur verò Cronum hunc veritatis patrem faciunt? Siue quòd tempus est Cronus, vt nonnulli philosophorum interpretantur: veritatem autem eruit tempus. siue quòd sac-
 40 culum Saturni cū fabulæ ferant iustissimum fuisse, probabile est plurimum fuisse vsum veritate.

Capitulum
 datio &
 Velatio.

Saturnus
 qualis de-
 us.

Veritas
 Temporis
 filia.

- XIII. Cur Honori sacra faciunt aperto capite? An quòd honor splendida est res, illustrisque & aperta, qua de causa etiam egregios honoratosque viros capite retegendo venerantur: idco numini quoque eiusdem nominis hunc ritum exhibent?
- XIII. Cur parentes efferunt filij velatis capitibus, filiaè nudis capitibus, passisque crinibus? An quia filijs venerandi sunt patres tanquam dii, filiaè autem lugendi vt mortui, lex vtrique parti suum decoro conueniens assignauit officium?
- In luctu res insolita.* An quia luctui maximè congruit, quod est alienum à consuetudine? solent autem ferè mulieres tectis, mares nudis capitibus in publicum progredi. Nam apud Græcos etiam si qua calamitas incidit, tondentur mulieres, viri comam alunt: cum alioquin hi tonderi, illaè crinem gestare soleant. Aut potius de filijs prior causa melius est allata. nam super sepulcris parentum circumagunt se, vt Varro scribit, ea tanquam deorum templa colentes: crematisque parētibus cum primùm os reperiunt, mortuum diuinam esse consecutum naturam dicunt. Mulieribus omnino nō licebat caput obnubere. Etenim narrat historia, primū omnium Sp. Car. Sulpitium vxori nuncium remisisse ob sterilitatem: secundum Sulpitium Gallum, quòd suam vidisset veste attracta caput tegere: tertium P. Sempronium, quòd sua vxor ludos fœebres spectasset.
- XV. Cur Termino, quem Deum censent, & sacris terminalibus honorant, nullum animal immolatur? An quia Romulus terminos agro populi nullos posuit, vt liceret progredi, alijsque ademptum adijcere suo, & putare omnem ditionem ad se pertinere, quam (vt Laco ille dicebat) hasta assequi possent: Numa autem Pompilius, homo iustus, ciuilis, ac philosophus, limitibus suum agrum à vicino distinxit, ijsque Terminum nuncupans inspectorem atque custodem amicitiaè & pacis, existimauit sanguinis purum, nullaque inquinatum carde debere seruari?
- XVI. Cur serua aditu templi Matuta (qua Leucothea Græcis est) prohibentur: vnam duntaxat matronaè introducunt, & colaphos genis eius infligunt? An hæ ipsaè alapaè signum sunt interdicti: reliquas autem arcent fabulam secuta? Fertur enim Ino ex amulatione aduersus maritum, quem ancillam amare suspicabatur, in insaniam prolapsa filium perdi-

perdidisse. eam ancillam Græci Ætolam domo, nomine Antipheram fuisse tradunt. Itaque apud nos Charoneæ ædituus ante fanum Leucothææ stans, accepto flagello edicit, Ne quis seruus intret, ne qua serua, ne quis Ætolus, ne ve vlla Ætola.

Cur ab hac dea nulla suis, sed sororum liberis bona pre-^{XVII.} cantur? An quodd Ino sororis studiosa fuit, eiusque filium enutrijt: in proprijs autem liberis infelix fuit? aut alias etiam consuetudo hæc boni moris est, multumq; necessitati-
10 bus conciliat benevolentia.

Cur multi diuitum Herculi decimã suorum bonorum ^{XIIX.} consecrant? An quod is quoq; Romę decimã bouum Geryonis partem deposuit? Aut quod effecit, ne Romani portõ decimas Etruscis penderent? Aut hæc quidem fide digna
15 historia nulla confirmantur? Herculi autem vt voraci & largiter cœnanti copiosius sacrificauerunt? Aut potius nimias diuitias ciuibus inuisas carpenes, ijsq; tanquam corpori nimio incremento turgenti aliquid detrahentes, maximè honorari ac delectari huiusmodi contractione abundantiæ putauerunt Herculem, cuius vita fuit modicis contenta rebus & frugalis?

Cur à Ianuario nouum annum auspicantur? Antiquitus ^{XIX.} enim Martius primus fuit mensis numeratus. quod cum a-
Menſium
lijs multis manifestum sit indicijs, tum eo præcipuè, quod *ordo.*
25 quintus à Martio mensis Quintilis, sextus Sextilis, reliquæ sic deinceps nominantur vsque ad vltimum, qui Decem-
ber appellatur, numero decimus à Martio. quæ res nõ-
nollos mouit vt opinarentur atque affirmarent etiam anti-
quos Romanos non duodecim, sed decem mēſibus annum
30 compleuisse, quorũ nonnulli plures x x x. diebus haberent.
Alij sic tradũt, Decembrem à Martio mensem esse decimũ,
Ianuarium vndecimum, Februarium duodecimum, quo
mense lustrationibus vtuntur, & defunctis parentant anno
finiente. mutato autem ordine Ianuarium primũ factum,
35 quod Kalendis Ianuarij consules primi eiectis regibus Ro-
mæ magistratũ inierunt. Probabilius est, quod alij dicunt.
Martium à Romulo, homine bellicoso Martisq; cupido, &
qui Martis filius puraretur, cæteris mensibus præpositum
esse, vt pote Martis cognominem. Numam verò pacis stu-
diosum, & qui ciues à re bellica ad agriculturam transdere
cupe-

cuperet, Ianuatio principem locum assignasse, Ianoq; magnos honores detulisse, vt qui ciuilibus & terræ colēdæ quàm belli fuisset studiosior. Verùm hoc cōsidera, an non potius Numa anni principium sumserit nostræ naturæ magis accommodatum. In vniuersum enim in his quæ circulo circumaguntur, natura nihil est primum aut vltimum: sed arbitrio hominum aliud aliud temporis statuit initium. Optime verò, qui post solstitium hybernū anni exordium faciunt, quando Sol progrediendi sine factō conuertitur, & ad nos cursum reflectit. tunc enim in ipsa quoque natura conuersio quædam fit, quæ luminis tempus auget, & tenebrarum minuit, nobisque propius admouet principem atq; dominum vniuersæ fluxæ naturæ.

Bruma.

- XX. Cur matronæ domi suæ sacellum muliebris deæ, quam Bonam vocant, ornantes, myrtū non inferunt: quanquam omnibus germinantibus & florētibus studiosè ad eam rem vtantur? An credendum est fabulæ, quæ perhibet Faulij cuiusdam aruspici vxorem, cū clam potō vino non fefellerit, à marito virgis myrteis fuisse castigatam: ideoque mulieres myrtum non inferre, sed vinum ei sub lactis appellatione libare? An verò quoddam ab alijs rebus puræ, tum maximè rei Veneræ, sacra ista peragunt? non enim solum maritos, sed omnes in vniuersum mares domo exterminant, cū dea sacris operantur ritibus. Itaque myrtum vt Veneri sacram abominantur. Nam quæ hodie Murtia Venus dicitur, ea scilicet olim Myrtia fuit dicta.

Myrtus.

- XXI. Cur picum Latini venerantur, eoque vniuersi magno opere abstinent? An quia Picum Veneficio vxoris mutatum in picum auem fabula fert, & oracula pronunciasse, ac responsa interrogantibus dedisse? An hoc quidem omnino incredibile est & monstrosū? alia verò fabula probabilior, Romulo & Remo expositis non tantum vbera lupam præbuisse, sed & picum frequenter aduolasse ac buceas in ora inferuisse? Frequenter enim etiamnum in locis quæ sub montibus sita sunt ac syluestria, vbi picus, ibi etiam lupus visitur vt narrat Nigidius. Aut potius sicut aliæ aues alijs dijs sacra, ita picus Marti sacer est? est enim audax & ferox auis, rostrumque habet ita robustum, vt quercus etiam excindat, cū rostri ictibus vsq; ad medullam peruenerit.

XXII.

Ianus.

- Cur Ianum bifrontem fuisse credunt, talemq; fingunt & pin-

pingunt? Num quia genere Græcus ex Perthœbia fuit, ac profectus in Italiam, sedibus apud Barbaros positus, linguã vitæque rationem mutavit? hoc enim narratur. An verò, quòd Italos feris vtentes inuultisq̃ue moribus suadendo ad aliud vitæ genus traduxit, agriculturãq; & ciuili institutione composuit?

10 Cur quæ ad funerã pertinent, in templo Libitinæ vendunt, quam eandem esse cum Venere censent? An hoc quod vnum est de Numæ regis sapienter institutis, quo disce-
rent ab his rebus non abhortere, neque pro piaculis eas dæ-
cere? Aut potius eo monebantur caducum esse, quod esset
natum, vna eademq; dea & ortibus & interitibus præside-
te? Nam Delphis quoq; Veneris Sepulchralis (Epitymbiam
15 ipsi dicunt) est imaginacula, ad quam euocant eorum ma-
nes, quibus libant.

Cur tria principia mensis habent, nõ eodem dierum nu-
mero distincta? An Lubæ fides habenda est? is Kalendis dicit
populum fuisse à magistratibus vocatum, & ei indictas in
20 quintum abinde diem Nonas: Idus autem diem sacram ha-
bitas. Aut potius cùm tempus Lunę varietatibus definirent,
animaduertentur quouis mense tribus eam maximis variari
differentijs. quarum prima est, cùm occultatur congressa
cum sole: altera, cùm radijs solaribus elapsa, primùm in oc-
cidua plaga conspectui sese offert: tertia, cùm Soli opposita
25 pleno orbe fulget. itaq; occultationem eius vocant Calen-
das, quia omne quod occultè & furtim fit, clam appellant,
tracto inde verbo celare. Primum autem Lunę conspectum
Nonas aiunt iustissimo nomine vocari, cùm sit nouiluniũ.
Eidus aut ob pulchritudinem dici creditur, quòd rum inte-
30 gra Luna est lucida: aut cognomines esse Ioui. hunc Dia,
speciem seu formam Græci εἶδος appellant. Neque vero
oportet numerorum subtilissimam rationem consectari,
aut si quid exiguum rationes offendat, calumniari. quando
hodieque, celestium motuum obseruatione artificiosa in-
35 terim tanto aucta incremento, tamen inæqualitas motio-
num peritiã mathematicorum vincit, ratiocinationemq;
subterfugit.

Cur diebus postridie Kalendarum, Nonarum, atque Ei-
duum exire vrbe aut peregrinari non licet? An id fit ea de
causa quam plerique putant, & Liuius tradidit? Postridie
40 *sti.*

XXIII.

*Veneris or-
tus & in-
teritus bo-
minis præ-
fecta.*

XXIII.

*Kalende.
Nonæ.
Idus.*

XXV.

*Dies arri,
sue nefas-*

Idus

Idus Quinctiles, quas nunc Iulias vocant, tribuni militum legiones ad Aliam fluium educentes, à Gallis pugna sunt victi, urbemque amiserunt. Is dies cum nefastus esset iudicatus, superstitio (vt solet) morem hunc amplificauit, eidemque religioni obnoxios fecit etiam dies postidie Kalendarum & Nonarum. Aut multa sunt, quæ contra hanc opinionem dicuntur? nam & alia die clades ea accepta fuit, quam diem Aliensem à flumine dictam abominantur: & cum multi sint attri siue nefasti dies, nõ eisdem in omnibus obseruant mensibus, sed in vnoquoque; prout res tulit: & veri speciem nullam habet, vnã Idibus proximè posteriorem diem omnibus quæ Nonas atque Kalendas continenter insequuntur, hanc superstitionem conciliasse. Videndum igitur, numnam sicut de mensibus primum dijs coelestibus consecrarunt, secundum dijs manibus, quo mense & iustitias quasdam peragunt, & defunctis parentant: ita etiam dierum initia quasi & principes statuerint tres eos quos diximus cuiusque mensis, festosque hos dies & sacros esse vulerint: proximos autem ab his dæmonibus & vita defunctis destinauerint, nefastosque & ad agendum ineptos esse iusserint? Nam Græci etiam in nouilunio dijs rem sacram facientes, proximum ab eo diem heroibus ac genijs addixerunt, craterumque secundum heroibus heroinisque miscetur. Omnino autem tempus quidam est numerus, numeri autem principium Vnitas, sacra habetur, binarius, qui eam excipit, principio opponitur, vt parium primus. Par autem numerus imperfectus est & mancus atque infinitus: sicut contra impar definitus, finiens, atque perfectus. Ideo Nonæ quinto die Kalendas, Idus nono die Nonas subsequuntur. imparibus enim principia definiuntur. Qui verò principia insequuntur dies, pari numero cum censeantur, ordinis eam dignitatem ac vim non habent. itaque his diebus actionem nullam aut peregrinationem ordiuntur. Quid si huc pertinet fabula Themistoclis? contendisse aliquando diem post festum diem proximè succedentem cum festo die, obiecisseque, Hunc multum habere laboris ac molestiarum, se ocium præbere, & facultatem per quietem fruendi ijs quæ ad festiuitatem fuissent parata. respondisse festum diem: vera dicis: sed ego nisi fuisset, nunquam tu esses. Hoc autem Themistocles dictorio duces Atheniensium, qui ipi

Numerorum discrimen.

Ipsi successerant, refutavit, Nunquam eos fuisse institutos significans, si ipse urbem non conservasset. Cùm itaq; omnis feria profectio & actio apparatus requiratur & dispositionem, Romani autem festis diebus nihil adornare consueverint, neque ulli curæ extra cultum deorum intenti essent, adeoque quod etiamnum edicunt pontifices ad sacrificia accedentes, Hoc agerent: haud abs re fuit, quòd statim à ferijs iter ingredi aut actionem suscipere noluerunt. quippe imparati cum essent, domi diem à ferijs proximum meditantes apparandisque rebus consumserunt. An quemadmodum hodieque cum in templis deos adoraverunt, manere solent atq; assidere: ita sacris quoque diebus non statim agendo dicatas subiecerunt, sed intercapedinem quandam fecerunt, cùm difficilia multa & præter voluntatem hominibus inter agendum eueniant?

Cur in luctu mulieres albas gerunt vestes, albasque vitas? An id faciunt exemplo magorum, qui aduersus Plutem & tenebras lucido & illustri amictu se muniunt? Aut sicut defuncti cadauer albo inuoluunt tegmine, ita etiam amictos volunt esse necessarios? Corpus autem hoc modo ornant, quia animam non possunt, quam volunt puram illustramque; prosequi, ut peracto difficili ac vario certamine iam dimissam. Siue luctum maximè decent vilia & simplicia? que autem colore infecta sunt, partim luxum, partim superuacaneorum rerum studium arguunt. non enim minus de nigro, quam de cæruleo colore dici potest: dolose sunt vestes, dolosus color. iam nigra ex sese quæ sunt, non arte, sed natura tincta sunt, umbrosoque colore permixta. Solum itaque album sincerum est mixturæque; expers, purum, & tinctura non imitabile, ac proinde optimè conuenit ijs qui sepeliuntur. Mortuus enim simplex quippiam factus est & impermixtum, ac purum: scilicet nihil aliud, quam à corpore tanquam succo colorem inducente liberatus. Socrates scribit, Argis in luctu albas geri vestes aqua elutas.

Cur omnem murum sacrum intaminatumque habent, portas non item? An vera est Vatronis sententia? muros propterea sacros existimandos, ut pro ijs propugnare alacrius ciues, mortemque; etiam oppetere sustineant. (Et videtur Romulus quoque; fratrem propterea interfecisse, quòd sacrum locum & inaccessum transilire aggressus, transcendens

dum

dum profanum quæ reddidisset. Portæ autem sacræ esse non poterant, cum per eas & alia necessaria, & cadauera etiam efferrentur. Itaque urbem qui de nouo condebant, aratro cui bouem marem & feminam subiunxissent, locum quantum erat murus occupaturus designabant: portarumque dimensi spacia, vomere exempto aratrum earum locis intractis transferebant. quod omnem terram aratam sacram & inuiolabilem censerent futuram.

XXIIX. Cur pueros Herculem iuratos non sinunt iureiurandum hoc intra domum facere, sed exire sub dium iubent? An ea est vera quorundam opinio, quia Hercules non sit delectatus vita parietibus cinctâ, sed sub dio & peregrè solitus degere? Aut quia deus iste non indigena, sed peregrinus & hospes fuit? Nam Bacchum quoque non iurant sub tecto, hunc quoque peregrinum. An verò hæc ioco tantum pueris dicuntur? aliàs verò hac ratione cohibere eos à leuitate & iurandi temeritate voluerunt, sicut Fauorino placet. nam iste quasi apparatus cunctationem iniicit, facultatemque deliberandi præbet. Hunc ritum non communem, sed Herculi peculiarem fuisse cum Fauorino aliquis affirmauerit, ijs quæ de eo narrantur consideratis. adeo enim religiosum hac in re fuisse tradunt Herculem, vt semel duntaxat iurauerit, soli nimirum Phyleo Augeæ F. Ideoq; etiam Pythiam hæc sacramenta Lacedæmonijs exprobrasse, quod diceret melius vtiliusque fore, citra iureiurandum promissa implere.

XXIX. Cur nuptam non patiuntur ipsam transcendere limen domus, sed sublatam transportant pronubi? An quia in prima raptione mulieres non vltro intrauerunt domos, sed illatae sunt? aut quia videri volunt non volentes, sed vi coactæ ed ingredi, vbi sunt virginitatem amissuræ? aut hoc signum est, exire etiam eas, domumve relinquere non debere, nisi vi eijciantur, sicut vi introductæ sunt? Nam etiam apud nos in Bœotia in nuptijs axem plaustrum ante fores cremant, inuenientes sponsæ manendum esse, sublato auchendi instrumento.

XXX. Cur sponsam introducentes dicere iubent, Vbi tu Caius, ego Caia? An quia hac conditione pacta intrat, vt particeps omnium rerum & gubernandæ familiæ sit? itaque hæc verba id significant, Vbi tu dominus eris & paterfamilias, ego domina

domina ero & materfamiliās. Nomine autem Caij & Caiæ communibus, vñ sunt peculiariter. quomodo iureconfulti Caium, Seium, Luciū, Titium nomē ei de quo agitur imponunt. & philosophi Dionis aut Theonis voces vsurpant. Aut 5^a quæ Caiæ Cæcilia honesta fuit ac proba matrona, vxor vnius de filijs Tarquinij: cui Caiæ in Sancti templo statua prisca temporibus posita fuit cum sandalijs & fuso: quæ domi actę vitæ, industriae que sunt signa.

- Cur in nuptijs canitur iste omnium sermone notus Talasius? An à lanificio, quæ Græcis est talasia, talasum pro talaro dicentibus? nam sponsa introductæ vellus subternunt, ipsaque secum colum & fufum importat, ac maritiani uam lana coronat. An verum est, quod historici tradiderunt? est autem tale. Quo tempore Romani Sabinarum 15 filias Romam ad spectaculum profectas raperunt, Talasio (erat autem hit Talasius iuuenis te bellica præclarus, & cætera probus) virginem insigni forma plebeij quidam & eius clientes afferebant, vtq; id eo possent tutius, neq; interciperentur aut virgo ipsis eriperetur, vociferabantur eam se Talasio adducere ita reliqui honorem Talasio habentes, faustis acclamationibus & comprecationibus eos sunt profecti ac comitati. cumq; feliciter istud cōiugium cecidisset, morem introduxerunt alijs quoque Talasiam accinendi, vt Hymenæum solent Græci.
- 25 Cur simulacra hominum, quæ Maio mense de ponte li- XXXII.
gneo in flumen abijciuntur, Argeos vocant? An quod anti-
quitus barbari ista loca incolentes hoc modo interficie-
bant si quos Græcorum cepissent: Hercules autem, cuius
virtutem admirabatur, docuit eos more interficiendi pere-
grinos dimisso, simulacris eum representare, ijsque iaciun-
dis religione se soluere? Argeos autem, siue Argiuos anti-
quitas simpliciter quosuis Græcos nominauit. Nisi hoc po-
tius sentiendum est: Cū Arcadibus Argiui ob viciniam
inimici haberentur, Euandrum è Græcia profugum cū in
35 istis cōsedisset Italiæ locis, istam odij & inimicitiarum me-
moriā conseruasse?

Cur antiquitus foris nō cenabant absq; filijs pueritiam XXXIII.
etiamnum agentibus? An hoc est quod etiam Lycurgus in-
stituit, vt pæri in phiditia introducerentur, assueturi non
belluino more aut incompositè, sed modeltè voluptates
adire,

adire, cum haberet senes qui inspicerent ac moderarentur? Immo vel magis hæc causa fuit, vt filijs præsentibus ipsi patres verecundiùs ac modestiùs sese gererent? Vbi enim (inquit Plato) inuerecundè agunt senes, ibi necesse est adolescentescere fieri impudentissimos.

XXXIV. Cur cum reliqui Romani Februario mense mortuis parentent, D. Brutus, vt Cicero narrat, mense Decembri hoc egit? (Is autem Brutus est qui Lusitaniam peragrauit, primusq; cum exercitu Obliuionè fluium transijt) An quemadmodum sub mensis & diei finem solèt vulgo mortuis iusta persoluerè, ita rationi consentaneum eit etiam vltimo mense & anno desinente id fieri? vltimus autem mensium est December. An quia dijs manibus isti honores habentur, quos venerari tempestiuum est omnibus fructibus iam perfectis? Aut quia tunc potissimum mentio inferorum est facienda, cum appetente satiatione terra incipit moueri? Aut quia Saturno à Romanis est hic mensis consecratus, quem in Manibus, non superis dijs censent. Aut cum Saturnalia sint instituta, festiuitas facilè maxima, & in qua conuiuiorum oblectationisq; plurimum vsurparetur, horum quoq; primitias quasdam mortuis tribuere placuit? Quid si falsum omnino est, solum Brutum isto mense parentasse? cum Larentiæ quoque mense Decembri parentetur, & ad sepulchrum eius libationes offerantur.

XXXV. Quid verò causa est, quòd Larentiam tanto afficiunt honore, cum fuerit meretrix? Aliam enim fuisse perhibent Accam Larentiam Romuli nutricem, quam Aprili mense venerantur. Sed Larentia scortum, cuius cognomen Fabula editur, hac ratione innotuit. Ædituus quidam Herculis abundans, vt sit, ocio, solebat dies ludo talorum ac cuborum consumere. & quodam tempore, cum casu factum esset, vt sociorum ludi nemo adesset, rædij impatiens ipsum deum ad cuborum ludum prouocauit, hoc pactus, vt si vicisset Deum, aliquid ab eo beneficij consequeretur: sin victus ipse esset, se deo cœnam exhibiturum, & puellam elegantem qui cum conumberet, tesseras deinde duabus, vna pro deo, altera pro se propositis ac iactis, superatus stetit pactis, ac deo & cœnam adornauit splendidiorem, & Larentiam, quæ palam corpore quæstum faceret, ei cœnæ adhibuit, fanique foribus clausis intus eam reliquit, portò aiunt eam à Deo cogni-

cognitam non humano fuisse more, iustamq; prima luce in
 foram prodire, & in quem primum incideret, cum obser-
 uare amicitiamq; eius captare. Larentiam ut surrexit & iuit,
 Taruntio cuidam occurrisse homini opulento, sed libero-
 5 rum experti & iam ætate ad senium vergere: qui postquam
 notitiam ipsius habuit, cum viuis familie præfegerit, tum
 moriens hæredem insituerit. Larentiam postea temporis
 sub mortem opam suarum hæreditatem P. R. nuncupasse:
 ideoque honores ei istos haberi.

- 10 Cur Romæ portarū vna appellatur Fenestra, iuxta quam XXXVI.
 est Fortunæ qui vocatur thalamus? An quod Seruius fortu-
 na vsus secundissima, cum fortuna consuescere creditus est,
 per fenestram ad ipsum commeante? An hoc quidem fabu-
 losum est? quoniam autem rege Tarquinio Prisco mortuo
 15 Tanaquil vxor Seruij, mulier prudens & regia, capite per
 fenestrā exserto ciues allocuta permouit, ut Seruio regnum
 deferrent: loco id cognominis fuit inditum?

- Cur interea quæ dijs consecrantur, lege permissum est, XXXVII.
 ut sola spolia sinantur tempore corrumpi atq; aboleri, neq;
 20 ea licet reparare aut instaurare? An ut existimantes gloriam
 priorem simul cum spolijs intercidere, semper nouum ali-
 quod virtutis monumentum parare operam dent? Aut po-
 tius, quod cum tempus signa contentionum cum hostibus
 habitarum obscuret, odiosum est & nimij discordiarum
 25 studij ea reficere atque innouare? Nam apud Græcos etiam
 parum laudis adepti sunt, qui primi lapidea aut creta statue-
 runt trophæa.

- Cur Q. Metellus, vir prudens ac ciuilis creditus, cum XXXVIII.
 esset factus summus Pontifex, auspicijs uti post Sextilem
 30 mensē, qui nunc est Augustus, prohibuit? An quoniam
 sicut die nascente aut adulta istas res agimus, itemque
 initio & medio mensis: cauemus autem a diei fine & men-
 sis tanquam agendo inutilibus: ita ipse etiam tempus anni
 post finitos octo menses reliquum, pro vespera quadam an-
 35 ni iam ad exitum vergentis ac deficientis habuit? An verò
 auibus vtendū est vigentibus & integris? tales autem sunt
 ante ætatem: circa autumnum morbis & imbecillitate
 languent aliæ, alię pulli adhuc sunt & imperfectæ, aliæ om-
 nino ob anni tempestatem nusquam visuntur, in alias aue-
 stræ regiones.

XXXIX. Cur qui sacramento militari non tenebantur, etiam si alii in castris & exercitu versarentur, non habebant ius interficiendi aut vulnerandi hostis? (Rem sic habere, Cato Maior in epistola quadam ad filium demonstrauit, qua iubet eum si tempore completo militiae exautoratus esset, domum redire: aut si manere vellet cum exercitu, ab imperatore potestatem eadendi necandi que hostis impetrare) An quod solam necessitatem oportet homini hominis necem permittere: qui nulla lege nullove mandato hominem occidit, is homicida est? ideoque Chrysantam laudauit Cyrus, 10 quod sublato iam gladio hostem interfecturus, ut receptui cani audiuit, eade sibi interdictum putans hominem intactum dimisit. Aut quod qui in praelio manum cum hoste est conferturus, si formidine victus pedem referat, non debet hoc impune ferre, aut exlex esse? non enim tantum vitilitatis feriendo hostem adfert, quantum damni fugiendo. 15 at qui exautoratus est, legibus proinde militaribus non tenetur: is verò qui rogauit ut qua militum sunt sibi liceat agere, rursus se legibus iam & imperatoris iudicio submisit?

XL. Cur Iouis flammis non licet sub dio inungi? An quia etiam filios in conspectu patrum, aut generum vidente soceros nudari in honestum que nefasque putabatur, neque antiquitus vnà lauabant? Pater autem est Iupiter, & eius oculis maxime expositum videtur quod est sub dio. An quemadmodum in templo aut fano nudare sese nefas est, ita aerem etiam sub aperto caelo & dio reuerentur, ut diis genijsque referunt? itaque ergo pleraque res necessarias sub tecto facimus, domi nosmet occultantes, & deorum subtrahentes conspectui. Aut alia quidem soli sacerdoti, alia lex per sacerdotem omnibus imperat? Hoc sane modo apud nos coronatum esse, comam alere, ferro armatum Phoenicium fines non ingredi, propria sunt sacerdotis munia. pomum non gustare ante aequinoctium autumnale, vitem non putare ante aequinoctium vernum, fere à magistratu vniuersis imperatur: utrumque enim ut suo fiat tempore, edicuntur. 35 Eodem planè modo apparet apud Romanos proprium esse hoc pontificis, ut equo non vehatur, neque plures tribus noctes ab urbe absit, neque pileum (apicem ipsi vocant) vnde flaminis habet nomen, vnquam deponat. Multa verò alia pontifici dicta, ad omnes alios pertinent. de quibus hoc etiam est,

*Beotir-
tus.*

iam est, sub dio non inungi. Ista enim siccitas (ut verbum exprimamus) corporis inunctio valdè malè apud Romanos audit: & existimant non ullam aliam rem magis in causa fuisse quòd Græci ita emollierentur, & in seruitutem redigerentur, atque fuere gymnasia & palæstræ: qua res multum tardij, maliq; ocij vrbibus inferrent, vnde extiterint puerorum obsceni amores, & corruptelæ corporum apud adolefcentes ob somnos, ambulationes, motusq; suis omnia legibus determinata, ac victus exquisitiorem vulgari rationem. quibus rebus Græci paulatim, ac ne sentientes quidem armorum vsu abdicato, gratum habuerunt loco bonorum grauis armaturæ militum & equitum, agiles, palæstritæ, formosiq; nominari. Hanc verò molliciem difficulter possunt effugere, qui sub dio nudantur: qui verò domi inunguntur, & corpora sua curant, ij nihil peccant.

Cur antiquum nomisma ab vna parte Iani bifrontis imaginem, ab altera nauis aut puppim aut proram insculptam habet? An, quæ vulgata est opinio, in honorem hoc fit Saturni, nauigio in Italiam aduecti? Aut hoc ei cum multis alijs est commune? nam Ianus quoque, Euander, & Æneas mari in Italiam appulerunt. Id profectò probabilis est, cum vrbibus alia bono sint, alia necessitatibus inserviant: ac bonorum maximum sit bona legum constitutio, necessaria autem rerum, copia: quando quidem Ianus eis vitæ rationem tradidit ordinatam moribus ad mansuetudinem redactis, abundantiam autem rerum necessariatum præbet fluuius, eas partim a mari, partim ex agris conuehens: ideo nomisma monumentum legumlatoris quidem habuit caput bifròs ob mutationem, ut docuimus, factam, fluuij autem nauigium. Alio etiam vsu sunt nomismate, cui bos erat insculptus, & ouis, & sus. quòd re maximè pecuaria se alerent, indeque opes pararent. Hinc & nomina apud veteres multa sunt deducta, ut Suilliorum, ut Bululcorum, ut Porciorum: autor Fenestella.

Cur Saturni templo vtuntur loco ærarij, ibidèq; contra ætuum monumenta adferuant? An quia obtinuit opinio, regnante Saturno auaritiam apud homines iniusticiamq; locum non habuisse, sed fidem & iusticiam? Aut quia Deus ille fructuum atq; agriculturæ præesse creditur? Hoc enim falsè designat: non id quod Hesiodù imitatus dixit Antimachus, *trium.*

*Hunc contra se sus est virtus genitalia patris
Acmonida Cæli Saturnus falce venellens.*

Ex vbertate autem frugum & venditione pecuniæ nascitur copia. itaq; Saturnū autorem custodemq; eius faciunt. Huic sententiæ testimonio esse id potest, quod coitus in forum, qui nono quoque die celebrantur (Nundinas vocant) Saturno sunt consecrati. frugum quippe abundantia, venditioni & emptioni præbuit initium. Aut hæc quidem vetusta sunt? Primus autem ædem Saturni ærarium fecit post exactos reges Valerius Poplicola, cum sentiret locum istum munitum esse & conspicuum atq; ab insidijs tutum.

XLII. Cur legati, vnde cum Romam missi, ad Saturni ædem accedunt, ibiq; nomina sua dant præfectis ærarij? An hoc fit eò, quòd Saturnus cū fuerit peregrinus, hospiti bus gaudeat? Aut historia potius quæstionem soluit? Antiquitus enim, vt apparet, quæstores legatis munera mittebant, quæ lauteicia dicebantur, ægrotantium curam suscipiebant, mortuisq; funus è publico faciebant. nunc autem ob multitudinem legatorum qui veniunt, sumtu omisso id tamen seruatur, vt legati accedant præfectos ærarij, qui eorum nomina in tabulas referunt.

Lautia.

XLIV. Cur flamini Diali non licet iurare? An quia tormentum liberorum est iusiurandum? sacerdotis autem & animum & corpus oportet torturæ esse expers. Aut quia non conuenit de rebus paruis fidem non haberi ei, cui sacræ & maximæ sunt creditæ? Aut quia omne iusiurandum in execrationem periurij desinit? Est autè execratio tristis res & mali ominis: quæ causa est, vt dira imprecari alijs sacerdotes per leges nō possint. Et sanè laudi datum est Athenis sacerdoti, quæ populo iubente Alcibiadem deuouere noluit, vortorū se, nō detestandi causa antistitam esse inquiringens. Aut quia publicū est periurij periculum, si homo impius ac periturus pro ciuitate vota nuncupet ac sacris operetur?

XLV. Cur Veneralibus multum vini effunditur è templo Veneris? An verum est quod plurimi narrant: Mezentium Etruscorum imperatorem Æneæ per internuncios pacem ea conditione obtulisse, vt sibi is annum vinum daret: & abnuente Ænea, suis id vinum promississe si prælio victor discessisset: Æneam cognita eius pollicitatione, dijs vinum id consecrassè, partaq; victoria vinum è congelis vuis factum

Etum ante fanum Veneris effudisse. An hoc signo monebant festos dies sobriè, non per ebrietatem debere agitari? *Sobrietas,* quod dij magis delectentur nimium merum effundentibus, quàm bibentibus.

- 5 Cur Hortæ templum antiquitus semper mâsit apertum: XLVI.
An quia, vt Antistius Labeo tradit, ab hortando dictam de-*Horta.* am, quæ ad honestas actiones exhortaretur & incitaret, existimauerunt vt industriam semperq; occupatam nunquam cunctari debere, nunquam in elusam impeditam vt reneri?
- 10 Aut potius ea est, quam nunc Horam dicunt, agilis dea & *Hora.* multis intenta negocijs, quæ cum obseruet omnia & sollicita sit, nunquam ab ea res humanas negligi voluerunt indicare? Aut potius id quoq; nomen, vt multa alia, Græcum est, significatq; deam inspicientem res (horân Græcis est videri) ideoq; eius vt per uigilis semper apertum est templum? Quod si Horam ab hortando rectè deducit Labeo, videndum an non potius in idem dicatur orator, qui consulendo suadendoq; exhortetur & incitet, quàm ab orando seu precando, vt nonnulli volunt.
- 20 Cur Vulcani fanum Romulus extra urbem posuit? An XLVII.
quòd filius Martis cum existimaretur, propter fabulosam illam Vulcani aduersus Martem Veneris causa similitatem, Vulcanum in eadem vrbe eodemque cum Marte domicilio esse noluit? Aut hoc quidè ineptum est? sed illud templum
- 25 iam inde ab initio ædificatum à Romulo fuit, vt ibi vnâ cū collega suo Tatio curiam haberet, in qua de reb. arcanis cū senatu absque interuentoribus quietè possent consultare? Aut cū Romæ ab incendijs statim à primis temporibus multum esset periculi, colendum quidè deum igni præfectum,
- 30 sed extra urbem locum ei assignandum statuerunt?
Cur Consalibus ferijs equos asinosque coronant, & o. XLVIII.
ciari sinunt? An quia ferix ista conso, qui equester Neptunus est, aguntur, asinus tum equo consors est, iuxtaq; fruitur vacatione laboris? Aut quia tum comoda nauigandi
- 35 maris tempestas exhibita, iumentis qualemcunq; quietem præbet?
Cur qui magistratum petebant, mos erat vt hoc absque IL.
togis in indutio facerent? sic enim Cato tradit. An ne ar- *Mos petè-*
gentum in sinu gestantes suffragia redimerent? Aut potius *di magi-*
quod magistratu dignos nō generis nobilitate, opibus, aut *stratum.*

fama, sed vulneribus & cicatricibus cùm iudicarent, vt conspicua hæc essent, absq; toga comitia obibãt? Aut quemadmodũ prænsando, orando, & sese submitten do, ita nuditate quoq; corporis humiliter gratiam populi captabant?

- L. Cur flamen Dialis vxore mortua Flaminio decedit? sic enim Ateius tradidit. An quia cœlibe inferior est qui vxorem amittit? qui enim vxorem duxit, eius domus perfecta est, qui ductam amisit, eius nõ imperfecta modò, sed & mutilata est familia? Aut quia in plerisque sacris rebus obeundis vxor ei adest, neq; ea absente peragi eas fas est? Cæterùm vxore mortua confestim aliam ducere neque factũ fortassis facile, neque vt sit humanum videtur. Itaque etiam antiquitus vxorem repudiare non licuit, ac ne nunc quidem licet: nisi quod hoc permisit eius rei gratia interpellatus nostra ætate Domitianus: aderant autem discidio matrimonij sacerdotes, terribilia multa & inusitata atque tristitia agentes. Minus autem hunc morem flaminis Dialis mirabitur, qui obseruauit etiam censorum altero vita defuncto, alterum abdicare se censura opus habuisse. Mortuo quidem Liuii Druso censore, collega eius Æmilius Scaurus abdicare non antè voluit, quàm eum tribunorum plebis quidam duci in carcerem iusserunt.

*Discidiũ
coniugj.*

*Censorum
mos.*

- LI. Cur Laribus, quos Præstites propriè vocant, canis præficitur, ipsi autem caninis pellibus amiciuntur? An præstites sunt qui præfunt, ideoque custodiam domus eis curæ, alienisq; eos terrori esse par est, domesticis mansuetos? qualis est canum natura. Aut id verius est, quod nonnulli Romanorum dicunt? sicut qui Chrysippum sectantur philosophi, dicunt oberare quosdam malos genios, quibus loco carnicum dij vtantur in puniendis flagitiosis & impijs hominibus: ita Lares genios quosdam esse ditos ac furiarum naturæ affinis ad puniendum factos, qui in vitas & familias hominum inspiciant. itaque canum exuuijs vestiri, & canem eis adfidere, vt callidis scrutari atque vlcisci malorum facinora.

- LII. Cur Manæ Genetæ canem immolant, votoque petunt ne quis domi natorum bonus fiat? An quod hæc dea ortui ac partui præest interitui obnoxiorum ac fluxorum corporum? (fluxum enim quendã & generationem, seu generationem fluxam vox à manando ducta indicat) vt igitur Græci Hecatæ,

Hecatz, sic Romani Genetz canem immolant pro domi
 nascentibus. Arguius etiam Socrates ait cane Lucinæ rem
 facram facere, ob facilitatem pariendi. Votum autem quid
 si non ad homines pertinet domi nascentes, sed ad canes? vt
 5 hos optent non bonos aut placidos, sed iracundos fieri & *Bonus pro*
 terribiles. Aut quoniam venustè boni dicuntur, qui mor- *mortuo.*
 tem cum vita commutauerunt, hoc voto oblique precantur
 ne quis domesticorum moriatur? Atque hoc alienum
 putare nemo debet. nam in fœdere Arcadum cum Sparta-
 10 nis facto scriptum esse Aristoteles testatur, Neminem Te-
 gearum debere bonum redigi, (id est interfici) si auxilii
 causa reb Lacedæmoniorum studeat.

Cur ludis Capitolinis etiamnum præconis voce procla *LIII.*
 mant Sardonios vænales, & senex quidam ludibrii gratia *Sardiani.*
 15 producit bullam collo appensam gerens puerilem? An
 quia Veientes Etruscorum populus per longum tēpus Ro-
 mulo bello restiterunt, hancq; is vltimā urbem cepit, mul-
 tosq; captiuos sub hasta vendidit vnā cum ipsorum rege,
 20 futilitatem eius & stulticiam deridens? nam Etrusci à Lydis
 originem trahunt, Lydorum primaria vrbis Sardes. idē
 Veientes Sardoniorum nomine proclamant, & in hunc vf-
 que diem ludieri gratia morem istum conferuant.

Cur locus vbi carnes publicè venduntur, macellum di- *LIV.*
 citur? An consuetudo vt multa alia, ita hoc quoq; vocabu- *Macellū.*
 25 lum à mageiris (qui Græca lingua sunt coci) deprauatum
 retinuit? sunt enim C. & G. cognatz literæ, & G. littera serò
 vti ceperūt à Sp. Carbilio adiecta reliquis: & qui blæsi sunt,
 lingua ob hebetudinem aberrāte à R littera ad L delabun-
 tur. Aut historia rem explicabit? Ferunt enim Romæ latro-
 30 nem truculētum fuisse, nomine Macellum, qui multis de-
 uerberatis vix tādē captus, supplicioq; affectus, & ex pe-
 nitentia eius locus canibus publicè vendendis ædificatus
 fuerit, nomen ab ipso habens.

Cur Idbus Ianuarii tibicinib. permissum est per urbem *L V.*
 35 circuire, vestem indutis muliebrem? An hoc fit propter cau- *Tibicines.*
 sam quæ subiicietur? Magnos illis honores Numa rex reli- *Lucretius lib.*
 gionis causa contulerat. quibus cū postea tribunis mili- *nono ali-*
 tum consulari potestate temp. administrantibus priuaren- *ter.*
 tur, vniuersi Roma Tibur secesserunt. desiderati in eā, quod
 religio animos tenebat Romanorū, nemine sacrificiis præ-

cinente, accitūq; cū non obtemperarent, sed Tibure manerent, libertus quidam magistratibus promisit occultē, se eos Romam reditūrum. Instructo proinde polluctu, tanquam si diis rem sacram fecisset, inuitat tibicines, adhibitis etiam conuiuio mulieribus, & per totam noctem compositione, ioci, choreaq; protrahuntur. tum subitō ficta trepidatione, improuiso patroni superuentu se perturbatū ait, persuadetq; tibicinibus vt vehicula circumquaq; pellibus oblecta conscendant, Tibur se eos reuecturum dolosē promittens ibi circumactis vehiculis eos, qui per temulētiam & tenebras animaduertere vbi locorum essent nequibant, vniuersos Romam prima luce perfert. erant autem pleriq; vestibus floridis & muliebrib amicti obnocturnā comestationem & conuiuium. Exinde cum magistratu tibicines in gratiam redierunt, decretumq; est vt tali habitu istū diem eis per urbem vagari liceret.

LVI.

Quamobrem Carmentæ templum matronæ & antiquitus dedicauerunt, & hodie in primis colunt? Memoria proditum est matres, cū vsu vehiculorum quibus iumenta trahendis iungerentur senatus ipsis interdixisset, inter se conspirasse, neq; vterum gerere se, neq; parere velle ac viros hac ratione vlcisci. idq; fecerunt, donec mutata sententia vsus vehiculorum concessus fuit. Exinde cum parerent, fecūda & liberorum copia claræ templum Carmentæ posuerunt. Ea Carmenta nimirum Euandri mater fuit, nomine suo Themis, aut, vt alii volunt, Nicostrata quæ cū in Italiam venisset, oraculaque versibus illigata caneret, à Latinis Carmenta dicta est, voce à carmine deducta. Sunt qui Carmentam putent esse Parcam, ideoque ei matronas sacrificare. ratio autem nominis hæc est: Carens mente, ob instinctus videlicet diuinos, quibus ad fatiloqua fundenda carmina impellebatur.

LVII.

Cur Ruminæ sacrificantes mulieres, lac victimæ inuergunt, vinū non adhibent? An quia ruma Latinis mamam significat: & ruminalem sic eam appellant, ad quam lupa mamam Romulo præbuit: ergo Rumina, id est lactentibus ac nutricibus & alendis pueris præfecta merum non admittit, quod est infantibus perniciosum?

LIX.

Patres dnplices.

Cur senatorum alios patres conscriptos, alios simpliciter patres vocant? An patres & patricii vocantur qui initio à Romulo

à Romulo sunt lecti, qui possent suos patres ciere: qui verò postmodò è plebeis adscripti sunt, patres conscripti dicuntur?

Cur communis fuit ara Herculis & Musarum? An quia LIX.
 5 suandrum litteras docuit Hercules, vt Iuba narrat: resque ea videtur perhonestà, cum litteras Prisci amicis ac cognatis traderent. Serò cœptum est mercede doceri. primusque Iudum literarium aperuit Sp. Carbilii libertus, LXXV. eius qui primus vxorem dimisit.

10 Quare cùm duæ sint aræ Herculis, mulieres nihil sumūt neque gustant de iis quæ in earum altera immolantur? An quia post sacrificium iam peractum superuenit Carmenta? Hoc idem familiæ Pinariorum accidit, qui inde nomen habent. nam exclusi ab epulis, alijs edentibus esuriunt. quod 15 Græcè est peinân. Aut propter fabulam quæ de tunica & Deianira fertur?

Cur tutelarem Romæ deum, mâsne sit an femina, dice- LXI.
 re aut quærere, eiusque nomen efferre nefas est? quod quidam interdictum à superstitione repetunt, narrantes Valerium Soranũ malè periisse, quod nomẽ illud edidisset. An quia, vt nonnulli rerum Romanarum scriptores tradunt, carmina quædam sunt & præstigiæ quibus dii eliciuntur: quibus vsi Romani cum putarent se quosdã hostium deos ad se traduxisse, cauere voluerunt ne idem sibi ab alijs eueniret? Itaque sicut Tyrii vincula iniicere simulacris dicuntur, alii autem cùm ea ad lauacriũ aut lustrationẽ aliquam deducunt, fideiussore pro reditu exigunt: ita Romani tutissimè ac constantissimè adseruari deum crediderunt, qui neque de nomine notus alijs esset. An quem admodum Homerus scripsit,

Terra est communis cunctis cælestibus Æna.

vt homines vniuersos deos colerent æquo iure tetra- Iliad. 9.
 nentes: ita Prisci Romani salutis publicæ authori è occultis 193.
 uerunt, quod vellent non istum duntaxat, sed omnes etiam 35 alios deos à ciuibus suis coli?

Cur inter Feciales maximus est is, quem patrem patrum appellantis autem est qui liberos habet viuo adhuc LXII.
 patre suo atque etiamnũ priuilegiũ autoritatemque, aliquam Pat. patr.
 retinet: prætores enim corpora quæ ob formam & florem tratus
 ætatis custodia opus habebant pudica, eorum fidei commendant.

Iliad. a,
70.

mendant. An quia & liberos reuerentur suos, & timent reu-
ntores? An ipsum nomen sem explicat: est enim patrum
quasi perfectum & absolutum: & perfectior aliis putabi-
tur, qui viuo patre pater esset factus. Aut iure iurandi & pa-
cis praesidem oportet Simul (vt ait Homerus) prorsum &
retorsum videre: id vero maxime praestare possit, qui &
filium habet de quo consultet, & patrem qui cum de-
liberet.

LXIII.
*Rex sacri-
ficul.*

Cur regi sacrorum magistratum gerere aut orationem
ad populum habere non licet? An quod antiquitus reges 10
pleraque & potissima sacra peragebant, inque immolandi ho-
stis sacerdotibus aderant: cum vero modum non seruaerit,
sed superbe iniqueque dominarentur, Graeci plerique iis
omnem ademerunt potentiam, id tantum relinquentes vt
diis sacra facerent. Romani autem regibus omnino eiectis, 11
sacrificiis alium praefecerunt, neque magistratum gerere
eum, neque cum populo agere sinentes: vt nunquam nisi in
sacris seruire, & in gratiam deorum sustinere regnum viderentur? Sande a maioribus tradito ritu ante comitum rex
sacrorum postquam rem diuinam fecit, fuga sese inde e fo- 23
ro proripit.

LXIV.

Cur mensa cum tolleretur, semper omnino aliquid su-
per ea volebant relinqui? An hac ambage significabant sem-
per ex parte aliquid in futurum reseruandum, & in praesenti
die subsecutura aliquam habendam rationem? Aut sci- 21
tum putabant appetitum cohibere, eumque reprimere dum
adhuc aliquid ad fruendum in prorsu est? minus enim ap-
petunt absentia, qui praesentibus abstinere didicerunt. Aut
erga famulos aliquid habet humanitatis mos iste, qui sic
quodam modo videntur a dominis ad societatem mensae 20
admitti? non enim tantum delectantur accipiendo, quan-
tum participando. Aut retum sacrarum nulla vnquam debet
ipnis relinqui? est autem mensa sacra.

LXV.

Cur vir primum cum sponsa non congruitur luce, sed in
tenebris? An praereuerentia, quod ante coitum alienam 35
existimat? An etiam cum propria verecunde coire doctus?
Aut quemadmodum Solon mandauit vt sponsa manduca-
to malo Cydonio in thalamum veniat, vt prima salutatio
non iniucunda sit aut ingrata: sic Romanus legislator oc-
cultari voluit si quod esset corporis sponsae vitium? Aut eo
more

more illiciti coitus damnantur, vbi etiam legitimis pudor adhibetur?

Cur Circorum vni nomen est Flaminio? An quòd cum de præcis Romanis quidam Flaminus urbem agro donasset, eius reditibus vsi sunt ad equestria certamina? cumque adhuc superessent pecuniæ, viam ex ea strauerunt, quam ipsam quoq; Flaminiam appellauerunt?

Cur qui fasces gerunt, lictores dicuntur? An quia Romulum sequebantur lora in sinibus gerentes, quibus vincirent fontes? vulgus enim Romanum alligare, qui purius loquuntur, ligare vsurpant pro vincire? An hodie litera C vocabulo intercalata vsurpatur: antiquitus autem litores, quasi liturgi, id est qui publica ministeria exequerentur, dicti sunt? Nemo enim ferè nescit, etiamnum in multis Græcorum legibus liron legi pro publico.

Cur Luperci hi sunt qui Lupercalibus nudi, solisq; præcincti subligaculis discurrunt, & scutica obuios ferunt? nem immolant? An quia Lupercalia urbis sunt lustratio, & sunt mense Februario, cui ab expiando nomen est: ipsorumque dies februatus dicitur, cum februatio purgamentum significet? iam canes in piaculis ferè omnes vsi sunt Græci, vtunturq; in hunc vsq; diem eo pro piaculari hostia nonnulli: Hecatæq; inter alia purgamenta etiam catuli offeruntur, expiandosq; catulis tangunt, quam februationem sua lingua periscylsfeismum vocant. Aut lycus lupo est, Lycæa Lupercalia? canis ergo animal lupo inimicum Lycæis immolatur. Aut quia Lupercos per urbem discurrentes allarant & vexant canes? Aut quia Pani ista sunt sacra, cui canis gratus est ob caprarum custodiam?

Cur festo die, qui Septimontium dicitur, vsu vehiculorum quæ iumentis traherentur, antiquitus abstinerunt, idq; etiamnum obseruant, antiquitatis studiosi? Feriæ autem istæ institutæ sunt propter adiectum septimum Romæ collem, quo facta est septicollis. An, vt quidam Romanarum rerum scriptores putant, quia urbis partes non sunt omnino inter se coniunctæ? Aut hoc quidem nihil ad rem facit? Sed cum vibe condenda magnum opus peregerissent, iamq; vltèrius incrementum urbis nullum animo conciperent, quietem cum sibi tum iumētis quorum opera fuissent vsi, per istas festas parauerunt? Aut cum vellent omnes festiuitates

LXVI.

LXVII.

Lictores:

LXVIII.

Lupercos:

Canis:

LXIX.

Septimontium.

tates

tates ciuium præsentia ornari, eam verò in primis quæ ob contractas in vnam multas vrbis partes instituta erat, ciuibus vsu vehiculorum iumentariorum ista die interdixerūt, ne vrbe cui dies agebatur festus, exirent?

LXX. Cur furti, aut alius seruilis delicti damnatos furciferos, dicunt? Nōne hoc quoq; vetustæ acurationis argumētum est? Qui enim serui sui nequiciosum factum comperisset, coegit eum duplex lignū, quod curribus subiici solet, (furcam, Romani appellat) per viciniam circumgestare in conspectu hominum, vt ab eo sibi porro cauendum esse scirēt. Ita q; à furcæ gestatione dicebatur furcifer. 10

LXXI. Cur ad cornua bouum cornipetarum scœnum alligabant, quo obuui monebātur vt sibi cauerent? An quia ob satietatem luxuriāt petulantesq; sunt boues, equi, asini, & homines? sicut alicubi ait Sophocles: 15

*At in serocis pullus et pastus nimis,
Buccis & ventre plenis.*

Ideoq; M. Crassum scœnum in cornu habere dicebant Romani: & qui alios in republ. solebant exagitare, ab illo sibi cauebant, & præteribant hominem paratum ad viciscendum & oppugnatum difficilem. quanquā postmodò dictum fuit Cæsarem Crasso scœnum ademisse, cum is primus in rep eum contempsisset, seq; ei opposuisset. 20

LXXII. Cur augurum, quos ante auspices nominabant, laternas semper esse apertas voluerunt, neq; operculo vnquam tegi? An paruas res magnarum voluerunt esse tesseras, more Pythagoricorū? Vt enim hi choenici insidere, ac ignem gladio agitare vetabant: ita priscei multis vsi sunt obscuris significationibus, maximè rerum sacrarum. de quibus etiam lucernæ hoc institutū est. Nam lucerna respondet corpori animi continentis, qui lumen est, semperq; debet intellectus esse apertus ac perspicax, nunquam includi aut flatu extingui. iam cum venti spirant, aues non constanter manent, neque firma auguria exhibent, quia tum vagantur & inæqualibus aguntur volatibus. ista igitur consuetudine docent captanda auguria, non cum venti flant, sed cum est tranquillitas, & apertis licet vti lucernis. 25 30 35

LXXIII. Cur interdicitum erat auguri, Si vlcus haberet, aues obseruare? An id quoq; argumento est, animo ab omnib. molestis ac quasi vlcibus & moribus vacuo, sinceroq; & ocioso 35

cioso debere sacras res tractari? An rationi consentaneum est, cum neq; victimâ aut auem vlcerosam vsu pareat quisquam rei sacræ faciundæ gratia, capiendive augurii: multo magis ipsos augures curare, vt puri sinceriq; & integri ad diuina indicia obseruanda se conferant? Vlcus enim videtur quædam esse mutilatio & pollutio corporis.

Cur parvæ Fortunæ, quam Breuem vocant, sanum Seruius Tullus dedicauit? An quòd initio humilis & obscurus, matre natus captiua, Fortunæ beneficio ad regnū Romanæ euectus fuit? Aut magnitudinem potius mutatio ista quàm exiguitatem Fortunæ indicat? Omnium verò maxime videtur Seruius Fortunæ vim diuinam exulisse, omnibusq; eam inscripsisse actionibus. Non enim Fortunæ duntaxat bonæ spei, auerruncæ, blandæ, primigeniæ, & virilis templa condidit: sed & propriæ Fortunæ ædes est, & conuertentis, & bene sperantis, & virginis. & quid reliqua persequar cognomina? cum viscata etiam Fortunæ templum sit, quasi emicis nos captantis & reb. adhibentis. Quin hoc vide, an non deprehensio Fortunam, minis momentis plurimum posse, multisq; vsu veniss. vt exiguus planè reb. aut euenientibus aut non contingentibus, maxima consequeretur vel perderent, parvæ Fortunæ templum dedicauit: docens animum rebus esse, & durè rediū, nihilq; eorum quæ offeruntur ob paruitatem esse negligendum.

Cur lucernam non extinguiebant, sed vltro consummatam? An viderantur eam vt cognatam & germanâ ignis petere, & inextinguibilis? An eo significabant, animata nisi necesse sit, interficienda non esse? animalis autem similes? An lucernâ, quod & alimentò habet opus, & à seipsa motum habet, & cum exstinguitur, vocem edit quasi necar? An ut hic mos docet, neq; ignem, neq; vllam rem necessar. am. cuius copia nobis suppeditet, perdere nos debere, sed aliis relinquenda esse quibus vsus est iis, vbi nos non amplius indigemus?

Cur quædam nobilitate generis aliis præstare videbantur, lunas in caletis gestabant? An, vt Castor ait, signum hoc est rationis supra Lunam quæ fertur, & quòd post mortem rursus animæ Lunam sub pedibus habebunt? An hoc ceteri habuerunt eximium, qui erant Arcades cum Euandro, & ante Lunam nati dicebantur? Aut, vt multa alia, hoc quoque

LXXIV: *Fortuna.*
LXXV:
LXXVI.

quoque institutum erat, vt rebus secundis elati ac super-
bientes, mutationis Fortunæ in alteram partem admone-
rentur? Exemplo videlicet Lunæ, quæ

Primum recens existit è caligine.

Fulgore dehinc subinde faciem splendido

Augefcit illustrans: & cum pulcherrima

Renidet orbe pleno, rursus exiit

Lumen suum paulatim, & ad nihilum redit.

Aut obedienciæ sic adfucscere discebant, Lunæ exemplo
præstantiori parère nõ recusantes? & quemadmodum illa 10
secundas obit partes,

Phœbei semper radiis intenta nitoris,

vt canit Parmenides: ita ipsi quoq; contenti esse secundo
loco magistratibusque obtemperare, ab iisque potentie &
honorum fructu aliquo impertiri.

LXXVII.

Iupiter.

Iuno.

Cur annū Ioui, menses Iunoni consecrant? An q̄ in deos 15
inuisibiles & soli intelligentiæ notos regnū obtinet Iupiter
& Iuno: in eos qui conspectui patēt, Sol & Luna? Efficit autē
Sol annum, Luna menses. Neq; simpliciter censendum est
hos istorum esse imagines, sed ipsum in materia Iouem esse 20
Solem, ipsamq; in materia Iunonem esse Lunā. ideoq; Iu-
noni nomen est à iuuenescendo. & Iunonem vocant Luci-
nam, quasi Lucidam diceres, putantq; eam in partibus au-
xilium ferre mulieribus, vt & Lunam. vnde illud:

Per cœruleum astrorum polum,

Partus celerantemq; Lunam.

facillimè enim mulieres sub plenilunium videntur pro-
lem eniti.

LXXIIII.

Sinistra.

Cur aues sinistrae quæ dicuntur, in auspicio habentur
pro addicentibus? An verum hoc non est, multosque de- 30
cepit? An sinistrum (si quis probabilibus argumentis ve-
lit vt) à sinendo dictum est? ideoque auem quæ actionem
fufcipi permittit, sinistra pro sinistra vulgus malè dicit.
An res ita habet? cum Ascanio Æneæ F signa cum Mezētio
collaturo fulgur à læua victoriã portendisset, rem in omen 35
tractam in posterum quoq; fuisse obseruatam. Alii tamen
Æneæ hoc vsu venisse dicunt. Et quidem Thebani, quod
læuo cornu in pugna Leuctrica fudissent hostem atque vic-
cissent, deinceps omnibus in proeliis principem locum si-
nistræ aciei attribuerunt. Aut potius versus ortum Solis in-
tuentibus

ruentibus ad lauam est septentrionalis mundi plaga, quam nonnulli dextram & superiorem mundi partem appellant: hæc est Iubæ opinio. Quid si sinistris natura imbecillioribus augures quasi vim quandam addere, & defectum exsarcire ista ratione voluerunt? aut terrestria cœlestibus opposita censentes, quæ nobis læua videntur, arbitrati sunt deos à dextra mittere?

Cur eius qui triumphum egisset, ac deinde mortuus cre-
 matúsq; esset, licebat os sumptum in urbem inferre ac de-
 ponere? hoc enim Pyrrho Liparæus tradit. An hoc sit in
 mortui honorem? Nam iis qui res præclare gessissent, atq; *Sepulchri*
 imperatoribus hoc dederunt Romani, vt in foro sepelirentur: vt Valerio & Fabricio, quorum tamen posteros aiunt ita *honor.*
 inuidiam honoris istius declinare solitos, vt funeri in fo-
 rum allato fax ardens subijceretur, statimq; auferretur: fa-
 culate duntaxat sepulture in foro sic confirmata.

Cur cum publico epulo exciperent eum qui triumphum
 duxisset, à consulibus missis internunciis petebant, ne ad
 cœnam venirent? An quòd locū assignari honoratissimum
 triumphatori oportebat, tractariq; eum magnificētissimi
 mè, & domum deduci peracta cœna: quæ omnia consuli-
 bus, si interessent, nulli alij licebat deferri?

Cur purpura prætextam vestem tribunus plebis non ge-
 stat, aliis magistratibus gerentibus? An quia omnino ma-
 gistratus non est? nam neque lictores habet tribunus ple-
 bis, neque pro tribunali sedens responsa dat, neq; initio an-
 ni (quod alij solent magistratus) ineunt, neq; dictatore crea-
 to abdicat, sed omni magistratuū iure in hunc trās lato, ipse
 solus officiū retinet suum: vt pote nob magistratum gerens,
 sed diuersæ functionis ordinisq; persona. Atq; vt oratores
 nonnulli exceptionem negant esse iudicij genus, cum con-
 trarium eius quod iudicij est præter: (iudicio enim senten-
 tia fertur, exceptione infringitur & aboletur) eodem modo
 censent tribunatum plebis impedimētum potiùs magistra-
 tus esse, aliquidq; huic aduersum, quàm magistratum. Ob-
 uiam enim ire potentia magistratus, nimiamq; eius licen-
 tia retundere, munus est & potestas tribunatus plebis. An
 verò hæc & horum similia afferunt, qui causas cõminiscun-
 tur? Sed cum tribunatus plebis populi voluntate extiterit,
 popularis etiã ratio vim in eo obrinet, magnūmq; habetur

H non

non supra plebem se in tribunatu efferre, sed interuenientibus ciuib. habitu, amictu, victusq; ratione esse similem? Factus enim consulem prætorēq; decet. tribunum plebis (vt dicebat C. Curio) conculcandum se præbere cōuenit, neq; maiestatem in vultu præ se ferre, aut aditus ad se difficiles facere, vel molestum multitudini, sed propter hanc alius odiosum, popularibus autem tractabilem promptumq; esse. Eam ob rem id quoque receptum fuit, vt tribunorū ianua nunquam clauderetur, sed noctes diesq; aperta essent tanquam portus & per fugium ope indigentibus. Quanto au- 10
tem submissius se pro sua persona gerit, tanto magis auge-
tur potentia tribunus. publicus enim existimatur, quod ad
vsum attinet, omnibusq; accessus veluti ara: est que honoris
gratia sacrosanctus & inuiolabilis. quando etiam incedens
in publico * * omnibus lege piacularis lustratio manda- 15
tur, tanquam pollutis.

XXCII.

Fasces.

Cur Prætorum fasces colligati feruntur, appensis securibus? An id signo est, iram magistratus nō debere esse in pro-
clui & solutam? an solutio fascium, quæ paulatim fit, mo-
ram aliquam iræ inijcit & cunctationem, & nonnunquam 20
fecit vt sententia de supplicio exigendo mutaretur? Iam
cū vitiorum alia sint sanabilia, alia insanabilia: virgis
corrigebantur qui emendari poterant, securibus amputa-
bantur immedicabiles.

XXCIII.

*Humana
Sacrificia.*

Cur Romani, cū inaudiissent à Bletoneſis, qui est po- 25
pulus barbarus, immolatū diis hominem esse, eorum ma-
gistratus acciuerunt, vt pœnas de iis sumerent: cū autem
appareret legis cuiusdam iussu id factum, missos eos fece-
runt, sed isto sacrificio in posterum interdixerūt: ipsi autem
nō multis antè annis, duos viros totidēmq; mulieres in fo- 30
ro boario, alteros Græcos, alteras Gallas, viuos defoderūt?
Viderunt enim absurdū ista facere, & barbaris tanquā nefa-
ria exprobrare eadē. An diis immolare homines, nefas pu-
tabant: geniis aut, necessitate cogere? Aut qui cōsuetudine
ac lege ista sacrificia recepissent, eos peccare existimantes, 35
ipsi Sibyllinis libris mandantibus istud fecerunt? Narrant
enim Elbiam quandam virginem equō vehentem fulmine
ictam, repertūq; fuisse equum nudum iacentem, nudam
quoque virginem ipsam, tanquam dedita opera vestib. a ge-
nitali membro reductis, calceis, annulis, capitisq; redimi-
culo

culo hinc inde dispersis, lingua extra os exfetta. Tum vates
 respōdiffe, ingens opprobrium factis virginibus oblatum,
 forēque vt publicè id innotesceret, sed & equitum coniun-
 ctum fore quoddam dedecus. Ibi barbari cuiusdam equitis
 5 seruum indicium detulisse de tribus Vestalibus virginibus
 Emilia, Licinia, & Martia, sub idem tempus vitiatas, & quē
 iam diu cum viris incestam consuetudinem habuissent, de
 quibus viris esset etiam Butetius indicis dominus. Et Ves-
 tales quidem criminis conuictas, pœnas dedisse. Cæterum
 10 vt atroci in re placuisse, vt à sacerdotibus Sibyllini libri con-
 sulerentur. ibi inuenta fuisse oracula, quæ euentura isthæc
 & malum publicum allatura prædicerent: cuius auertendi
 causâ peregrinis quibusdam & alienis generis duos Græcos,
 totidem Gallos homines viuos eo in loco defossos Roma-
 15 ni iubebantur dedere.

Cur à media nocte diei sumunt initium? An quia reipu- **XXCIII.**
 blica constitutio principio fuit militaris? nam in re belli- **Diei exor-**
 ca pleraque noctu antè capiuntur vtilia consilia. Aut actio- **dium.**
 nem ordini sub ortum solis volentes, apparatus noctem de-
 20 stinauerunt? Priùs enim paratos ad agendum par est acce-
 dere, non inter agendum se parare: quod Myso Chiloni sa-
 pienti respondit, hyeme ventilabrum fabricans. Aut quia
 meridies pleriq; finis est publicas & serias res agendi, me-
 diam noctem placuit pro exordio sumi? cuius rei magnum
 25 argumentum est, quòd nullus Romanus magistratus post
 meridiem fœdus aut pactum icit. Aut quia ortu occasuque
 Solis principiū & finis diei definiti non possunt? Quo enim
 modo pleriq; sensus arbitrio diei principium dijudicat pri-
 mum Solis ortum, noctis autē plenam eiusdem occultatio-
 30 nem: nullum habebimus æquinoctium, sed ob magnitudi-
 nem Solis nox etiam illa quam maximè æqualem diei cre-
 dimus, die erit breuior. Quod autem mathematici absurdum
 huic medentes ac noctis discrimen in appulsu centri solis
 ad horizontem seu finitorem circulum constituunt, id eui-
 35 deniam euertit. fit enim ista ratione, vt diem esse negare, &
 noctem etiamnum durare cogamur fateri, cum adhuc in-
 fra terrâ multa luce manente Sol nostram plagam illustrat.
 Quando igitur ortu & occasu solis principiū diei & noctis
 ob dictas difficultates non potest percipi, restat vt pro prin-
 cipio diei sumamus illum articulum tēporis, quo Sol vel in

medio cœli est, vel in opposito eius puncto. hoc aut̄ posterius meliùs congruit. Sol enim à meridie versus occasum à nobis fertur: à mediâ noctis puncto versus ortum ad nos.

XXCV. *Mulierum libertas.* Cur antiquitus mulieres neque molere sinebant, neque coquere? An memoria pactorum cum Sabinis initorum? Post raptum enim Sabinarum, & bellum pace mutatum id quoq; in pactis scriptum fuit, Mulierem viro Romano neque molere debere neque coquere.

XXCVI. *Maius.* Cur mense Maio mulieres nõ ducuntur? An quia in medio loco inter Aprilem est & Iunium, quorum ille Veneri, hoc Iunoni sacer est: numinibus matrimoniorum tutelari- bus, vel anteuertunt Maium, vel Iunium præstolantur? Aut quia mense isto maximam expiationem peragunt, simulachra nunc de ponte in fluuium, antiquitus homines iacientes: ideoq; etiam Flaminiã, quæ Iunonis habetur antistita, leges tunc iubent esse tetricam, lauacroque & ornatu abstinere. Aut quia multi Latinorum isto mense parentar mortuis: atq; ideo fortassis Mercurius eo mense colitur, à Maia nomen ducente. Aut verius est quod alij dicunt? Maium à seniorum, qui sunt maiores, Iunium à minorum ætate nomen habere, qui sunt iuniores: magis autem conuenit nuptiis iuuentus, vt & Euripides monet:

Etenim senectus Cypridem missam facit:

Annisq; onustus Venus auersatur viros.

itaque Maio non cõtrahunt matrimonium, sed in Iunium continuo sequentem differunt.

XXCVII. *Comis ha- sta discer- nere.* Cur nuptiarum comam discriminant hastæ cuspidem? An id signum est primas vi & bello fuisse ductas? Aut monentur nuptæ, quia bellicosis iungantur maritis, debere ipsas ornatu vti simplici & à luxu ac mollitie alieno? quemad- modum Lycurgus fores & fastigia ædium iubens ferra & securi, nullo alio adhibito instrumento fabricari, omnem luxum superuacaneamque operam præcidit. Aut per ambages innuitur, sola ferro coniugium discissum iri? Aut quia pleraque ad nuptias pertinentia ad Iunonem referuntur? Iunoni autem sacra habetur hasta, & pleraque eius statuæ hasta nituntur, ipsaque dicitur dea Quiricis. hasta enim antiquis Quiris nominabatur. inde Mars Quirinus vsurpabatur.

XXCVIII. Cur pecunia quæ spectaculis impenditur, Lucar dicitur? An

An quia multi circa urbem sunt luci diis consecrati, quorum reditus in spectacula infumebant? *Lucar.*

Cur Quirinalia festum stultorum appellant? An quòd XXXIX. dies iste his erat destinatus, ut Iuba scribit, qui suam cutiam *Quirinalia* ignorabant? Aut quòd qui Fornacalibus feriis ob occupatissimas stultiones, peregrinationem, vel ignorationem non sacrificarunt festum. sent in sua tribu, iis permisse fuerunt istæ ferie hatum loco obeunda?

Cur in sacrificio Herculis nullus alius deus nominatur, XC.
 10 neque intra sepimenta canis conspicitur? sic enim tradit *Hercules*. Varro. An ideo alium deum non nominant, quia semideus cenferetur Hercules? Aut quia adhuc inter homines degenti Euander aram posuit, & victimam obtulit? id enim non ulli tradunt. Omnium autem animalium nullum infestius
 15 habuit Hercules cane. hic enim ei plurimum negocij identidem exhibuit. & Cerberus canis fuit, ac præter omnia cum Licymnij filium Oeonum canis causa interfecissent Hippocoontidæ, coactus pugnam committere, cum alios sociorum multos, tum Iphiclum amisit.

Cur patricijs non licebat prope Capitolium habitare? An XCI.
 20 quia M. Manlius ibi habitans tyrannidem affectavit? propter quem illa familia iureiurando sese obstrinxit, nemini se ex ea Marci prænomen facturam. Aut antiquus tenebat metus? etenim Poplicolam hominem magis quam quisquam fuerit alius popularè non destiterunt calumniis impetere potentiores, metuere verò plebs, antequam domum
 25 suam ipsus diruit, quòd ea imminere foro videretur.

Cur eum qui ciuem seruasset, corona donabant querna? XCII.
 An quòd ubiq; copia in expeditionibus est quercus, & quidem nullo negotio? Aut quia Ioui & Iunoni sacra est ista *Corona*
 30 corona, quibus diis urbium tutelam adsignant? Aut prisca est hæc Arcadum consuetudo, quibus aliqua est cum quercu cognatio? Primi enim hominum è terra enati creduntur, sicut quercus inter stirpes prima.

Cur ad auspicia maximè vsi sunt vulturibus? An quòd XCIII.
 Romulus Romam condens duodecim vultures obseruauit? *Vulturum*
 An quia auium omnium minimè ista frequenter conspicitur. *natura.*
 35 solet? non enim facile in pullos vulturis incidere: sed ex remotis locis alicunde subito aduolat: vnde sequitur, eorum conspectu aliquid portendi. An hoc quoque ab Hercule didicerunt?

dicerunt? Si tamen verū est quod Herodorus scripsit, Herculem in auspicio capiēdo maximè delectatum fuisse vulturibus oblatiſ, quòd hanc omnium volucrum carniou-
 rarum iuſtiſſimam cenſeret. Primum, quia nihil animatum tangit aut necat: id quod aquilæ faciunt, accipitres, & quæ noctu ſuæ quoque aues: ſed ſolis veſcitur cadaueribus. Deinde quòd ſuæ quoque naturæ & generis cadauera præterit: nemo enim vnquam vidit à vulture aëem guſtari: cū aquilæ & accipitres maximè inſectentur & occidant aues. at verò vt eſt apud *Æſchylum*,

Inceſta auis ſi oportet, ſi Volucrum coret.

Præterea hæc auis minimè omnium aliarum homini nocet, cū neque fruges perdat, neque plantas, neque vllum manſuetum animal lædat. Deniq; ſi verum eſt quod *Ægyptij* perhibent, totum vulturū genus eſſe femininum, & concipere ſubſolani ſtatu excepto, ſicut arbores *Fauonij* admiſſo ſpiritu: omnino probabile eſt præſagia ab iis ducta, firma eſſe & erroris vacua: cū in aliis agitatio circa coitum, tum rapinæ, fugæ, inſectationeſque multum tumultuatio-
 nis & incertitudinis exhibeant.

XCIV.
*Æſcula-
 pius.*

Cur *Æſculapij* fanum extra urbem eſt? An quia ſalubrius extra, quàm intra urbem degi putant? nam Græci quoq; ferè locis puris & ſublimibus poſita *Æſculapij* habent ſacraria. Aut quòd deum illum *Epidaurum* accerſitum veniſſe *Romam* exiſtiant? *Epidaurij* autem non in vrbe, ſed procul inde templum *Æſculapij* habent. Aut quòd angue apud conſulam è trireme egreſſo & è conſpectu hominum ſublato, ipſum deum arbitrantur locum ſui templi indiçaſſe?

XCV.
*Legumi-
 na.*

Cur caſtimoniam ſeruantibus vſu leguminum eſt interdicitum? An fabam ob eaſdem quas *Pythagorici* cauſas abominati ſunt? lathyrum autem & erebinthum (hoc eſt piſum, puto, & cicerem) quod lathæ & erebo, id eſt letho & orco nomina horum ſunt affinia? Aut quòd ad circum potationes funebres & mortuorum euocationes maximè vtuntur leguminibus? Aut potiùs quia ad caſtimoniam afferre oportet corpora pura & tenuia? legumina autem ſtutus generant, & ſuperfluitatem gignunt multa opus habentem expurgatione. Aut quia etiam ad rem veneream inſtigant ob flatuum & ſpirituum generationem?

XCVI.

Cur *Veftales* virgines ſi pudicitiam prodiderunt, nõ alio afficiunt

afficiunt supplicio, quàm quòd viuas defodiunt? An quia *Vestalium* mortuos cremant; cremate autem eam, quæ ignem sacrum *impudica-* non custodiuerit piè, iniustum esset? Aut quia corpus sum- *rû panæ.* mis consecratum cæremoniis interficere, & manus adferre sacræ mulieri, nefas censentes, ipsam vltro mori volentes infra terram demiserunt, in exstructum ad hoc domicilium, vbi & lucerna ponebatur ardens, & panis, atque lactis & aquæ non nihil, deinde terra supernè ingesta occultabatur locus? Ac ne hoc quidem modo defunctos se religione 10 putabant, sed hodiè que mos obtinet, vt ad illum locum sacerdores accedentes parentent.

Cur Idibus Decèbris exhibitis equestribus ludis, dexter equus victor Marti sacer immolabatur, & caudam aliquis amputaram fert ad locum cui Regia nomen, aramque 15 cruentat, de capite alij à sacra viâ, alij à Suburra descendentes depugnant? An, quæ est quorundam opinio, equo Troiam captam putantes, equum plectunt? utpote qui sint

Trosùm splendida proles natis mixta Latium.

Aut quia animosa est bestia, & bello apta atque Martialis 20 equus? diis verò ea potissimum immolant, quæ iis accepta sunt & conuenientia? victor autem equus mactatur, quia deo victoria est accepta ferenda. Aut rectius hoc dicitur, opus illius dei statariam esse pugnam, victoriàmque stando suos ordines qui seruant de fugientibus reportare: itaque 25 que puniri celeritatem vt fugæ comæatum, moneri que isto argumento ciues, fugientibus nullam esse salutis fiduciam?

Cur censores vbi magistratum occeperunt, nihil prius 30 habent locatione alimentorum pro sacris anseribus, & si mulachri exornatione? An quia volunt ab iis ordiri, quæ sumptuum & occupationis minimum desiderant? Aut pro veteri beneficio animalib. hæc refertur gratia, quòd Gallos Roma capta iam muros Capitoli superantes canibus dormientibus senferunt anseres, vigilésq; suo clangore excitauerunt? Aut censores, cum rerû maximarum custodia ipsis demandata officijq; ipsorum esset accuratè obseruare & inspicere in sacra, res publicas, vitas, mores, rationemq; vict: initio statim vigilantissimum animal procurant, eaque industria ciues hortantur, vt sacrorum curam diligentem gerant? Simulachri autem illustratio necessaria est. minimum

XCVII.

Equus Marti immolatus.

XCVIII.

Anseres sacri.

enim quo antiqua simulacra inducebant, colorem habet
facile euanescentem.

XCIX.

Augur.

Quid causæ est, quòd cum alios sacerdotes in locum da-
mnatorum atque solum vertere iussorum sacerdotiòq; pri-
uatorum sacerdotum sufficiant: soli auguri, etiam si sum-
morum flagitiorum compertus habeatur, nõ abrogant sa-
cerdotium, quamdiu uiuit? An quòd sacrorum arcana à
quoquam qui sacerdos non sit cognosci nolunt? Aut quia
iureiurandi, quo sanxit se nemini disciplinam istam tradi-
turum, cum abrogata dignitate factum priuatum soluere 10
nolunt religione? Aut non magistratus vel dignitatis, sed
scientiæ artisq; nomen est augur? ut qui vatem ne vates sit
prohibere conetur, perinde agat, ac si musico ne musicus,
aut medico ne medicus sit, velit edicere: cum ut maximè ti-
tulum deroget, scientiam tamen adimere non possit. Alium 15
potrò non creant, quòd numerum augurum ab initio con-
stitutum retinere volunt.

C.

*Seruorum
feria.*

Cur Idibus Sextilis, qui nunc Augustus dicitur, feriæ sunt
vriusque sexus seruis, mulieres autem tum maximè laua-
re & purgare capita student? An hoc seruis datum, quòd 20
ea die Seruius rex natus è captiua fuit ancilla? lotio au-
tem capitis ab ancillis feriarum causa cœpta, etiam ad libe-
ras peruasit?

CI.

*Bulla.
Tarqui-
nius.*

Quare pueros bullis ornant? An in honorem raptarum
id quoque, ut multa alia, decretum earum natis est? Aut 25
Tarquinij virtutem hoc modo venerantur? Is enim etiam-
num puer in pugna aduersus Latinos simul Etruscòsq; com-
missa fertur in hostes impetum dedisse, delapsusq; de equo
irruentes audacter substituisse, Romanorùmq; animos au-
xisse: fusisq; magno prælio hostibus, quorum interfecti 30
sunt sedecim millia, à rege patre suo virtutis ac rei optimè
gestæ illud præmium accepisse. An quia antiquis formosos
seruos amare inhonestum non erat, (quod etiam nunc comæ-
diæ testatum faciunt) ab ingenuis autem maximopere ab-
stinebant: ideòq; ut ne nudis quidem incidetes errarent, id 35
insigne liberi gestabant? An ad ordinis hoc quoque signum
rationem comòdam pertinebat, tanquam frænnum immo-
destiæ iniectum, cum pueret in viros euadere priusquàm pue-
ritiæ signum deposuissent? Probabile enim nõ est quod Varro
tradit, quia consilium (Græcis hoc bule est) Aeolicè bolla
dicatur,

dicatur, hoc pueris signum probi cōsilij fuisse additum. Sed vide an non bullam quoq; propter Lunam gestent? Lunæ enim figura, cū dimidiato fulget orbe, non est globi similis, sed lentis aut disci formam præ se fert. vtq; opinatur Empedocles, etiam subiecta ei materia.

- Cur pueris nono, puellis octauo die nomen imponitur? CII.
 An causa est naturalis, quod prius puellis? scēmina enim citius augetur, ad vigorē peruenit atq; absoluitur quā mas? Dies porrō post septimam sumunt. Septima enim periculo- *Dies.*
 10 sa est infantibus, cū aliās, tum quōd ea die vmbilicus dē- *Namert.*
 cidit plerisq; quod antequam sit, plantæ quā animalis simi-
 lior est infans. Aut maribus & scēminis hunc dierum num-
 mērū censuerunt congruere, Pythagoricos secuti? Hi enim
 15 marem imparem numerum vocāt, patrem scēminam. Impar
 enim scēcūdus est, & in compositione præstat pari: diuisiq;
 in vnitates ambobus, par instar scēminæ vacuum in medio
 relinquit spacium, impar semper medium habet plēnū. Aut
 quia omnium numerorū nouem primus est quadratus, natus
 20 est cubus natus ē binatio pari? oportet autem marem qua-
 dratum esse, & agilem, & perfectum: scēminam cubi instar
 stabilem, domi affixam, & non facile mobilem. Hoc adden-
 dum. Sicut nouem quadratus est ternarij, octo cubus bina-
 rijs: ita mares tribus, scēminas duobus vti nominibus.
 25 Cur eos, qui patrem certum non habent, spurios appel- CIII.
 lant? Est quidem Græcis sporos semen. sed tamen verum nō *Spurij.*
 est quod idem putant, & rhetores in orandis causis afferūt,
 sic dictos quōd promiscuo semine sint nati. Sed Spurius *Prænomi-*
 30 prænomen est, vt Sextus, Decimus, Caius. Porrō non inte- *na.*
 gra scribunt Romani prænomina, sed aut vnica littera no-
 tant, vt Titum, Lucium, Marcum, sic: T. L. M. aut duabus,
 vt Tiberium, Cneum, sic: Ti. Cn. aut tribus, vt Sextum, Ser-
 uium, sic: Sex. Ser. Spurius quoque duabus litteris indica-
 tur, Sp. Iisdem litteris etiam nothos significant S.P. nimi-
 35 rum Sine Patre, quæ res errori ansam præbuit, cū Spurius
 & incerto patre natus iisdem elementis notarentur, vt hi
 quoque spurij vsurparentur. Est & alia, verū absurdior ra-
 tio. Aiunt à Sabinis pudenda mulieris spurium nominari:
 itaque sic ignominiosè appellari qui ex non nupta muliere
 natus esset.

CIV. Cur Baccho Liberi Patris nomen imposuerunt? An quòd
Liber pater. biventibus libertatem in generat? pleriq; enim per ebrietatem
 feroces, liberiq; nimium sunt. Aut quia liba exhibuit? Aut, vt Alexander tradit, ab eo, quod Bacchus apud Eleutheras Bœotia: urbem Eleutherius, id est, liber, dictus fuit.

CV. Cur publicis ferijs mos non est nubere virgines, nubunt
Nuptia. tamen vidua? An causa est, quam adfert Varro? Virgines nubere inuitas & tristes, mulieres autem cum lætitia: festo autem die nihil cum molestia, omnia lubèri animo sunt agenda. Aut quia decori est virginib. nuptias earum multis presentibus peragi, idèmq; viduis dedecori? primæ enim nuptiæ optandæ sunt & in precio: secundæ votis recusandæ, quòd vel cum turpitudine nubunt viuentem priore marito, vel cum luctu, si is sit mortuus. itaque vidua ad suas nuptias quiete magis gaudent quam frequentia hominũ & tumultu. festiuitates porro multitudinem ad se trahunt, neq; nuptijs vacare patiuntur. Aut quia festo die raptis Sabinis virginibus bellum est exortum, religio ipsi inde fuit virginum nuptias festis diebus celebrare? 10

CVI. Cur Fortunam Primigeniam Romani venerantur? An,
Fortuna. quæ multorum est Romanorum opinio, Ser. Tullo ex ancilla, vt fertur, nato Romæ regnum Fortunæ beneficio obligit? Aut potius quòd ipsi Romæ sui ortus initia suggessit Fortuna? Aut causam res habet magis ad naturaliũ rerum contemplationem referendam? nimirum omnium rerum principium esse fortunam, & naturam ex euentis fortuitis consistui, quando fortuita euenta ordinem inter se fortiantur. 20

CVII. Cur scenici artifices, Baccho sacri, histriones dicuntur? An
Histriones
Luuius m.
110 7. veram causam Cluius Rufus? Is narrat priscais temporibus C. Sulpitio & Licinio Stolone Coss. pestem Romæ grassatã omnes ad vnum scenæ administros extinxisse itaq; alios requirentibus aduenisse ex Etruria multos bonosq; eius rei artifices: inter quos gloria & vsu artificij lógissimo præstantem reliquis fuisse Histrum nomine: ab eo cæteris quoque histrionum nomen factum. 30

CVIII. Cur cognatas non ducunt vxores? An vt coniugijs augeant necessitudines, multosq; sibi parent cognatos alijs dando, ab alijs accipiendo mulieres? Aut metuentes sibi à discordijs coniugalibus, quæ exortæ inter cognatos, præter
 coniu-

coniugum debitum amorem etiam naturæ iura essent abolitura? Aut videntes mulieribus ob imbecillitatem opus esse multis defensoribus, noluerunt cognatas ducere, ut ipsis auxilio esse possent si à maritis iniuria afficerentur?

- 5 Quamobrem flammæ Dialis non licebat farinam aut fermentum tangere? An quia farina alimētum est imperfectū & crudum? nam neque mansit triticum id quod erat, neque factum est quod fieri debet, nimirum panis: sed simul & seminis vim amisit, & vsus cibi non est affecutum. Itaq; poetæ
 CIX. *Farina.*
Fermentū.
Flammæ
Iouis.
- 10 ta farinam mylephaton translatione vsus dixit, quasi interfectum & perditum molendo frumentum. Fermentum cum ipsum natum est ex corruptione, tum farinam cui admiscetur, corrumpit, ut languidior fiat & inefficax. omninoq; fermentatio putrefactionis speciem gerit: que si modum excedat, planè acidam reddit & perdit farinam.

- 15 Quare eidem interdictum est contactu carnis crudæ? An quia is mos quàm longissimè à crudorum esu abducit? Aut eadem quam de farina artulimus causa subest? Caro enim neque animal est, neque cibus adhuc est reddita: assatio & elixatio qualitatibus eius mutâdis formam demum aliam inducunt. recēs autem & cruda caro neq; ad spectum quidem habet purum & labis expertem, sed deformem visusq; aduersum & vlcerosum.
- CX. *Caro.*
- 20
- 20 Cur eundem lex iubebat canis & capræ cum tactu, tum nominatione omnino abstinere? An capræ abominabatur lasciuiam, fœtorémq;? an quòd morbo comitiali animal istud obnoxium est, contagionem mali metuebant ad eos peruenturâ, qui tum vescerentur capra, aut eam tangerent, cum in morbo est? Causam morbi tradunt esse angustiam meatuum per quos spiritus fertur, ob quam is læpe intercipitur pro argumento vsurpant vocis tenuitatem. nam & homines morbo Herculeo correpti exilem vocem emittunt. Eplepsia. *Canis.*

- 30 Delo insula aut arceti, propter coitum in propatulo: quasi verò, boues, sues, & equi non promiscuè & palam, sed intra thalamos proli dent operam? Isti verâ causam ignorant. Quia canis animal est pugnax, idè a slyis & sacrosanctis prohibetur sacrificijs. in quibus omnis periculi exorsus fugium supplicibus conceditur. Veri ergo simile, est quoq;
- CXI. *Capra.*

quoq; sacerdotem, vtpote viuum sacrúmq; perfugij simulacrum, ad se liberè admittere quosuis supplices & deprecantes, nemine arcente aut terrente. Itaq; lectulus ei positus erat ad ipsum domus vestibulum: & qui ad genua eius accessisset, is ea die à verberibus & supplicio immunis erat: ac si vinculus accessisset, soluebatur. Vincula autem foras nō perianuam, sed de tecto in publicum proiiciebantur. Nihil verò supplicibus profuturum erat, si ita benigno, & humano se præbente flamine, canis adflitens hanc veniam petituros terruisset atq; arcuisset. Enimuerò canē antiqui non vsquequaque mundum esse iudicabant. nam & nulli cœlitum is immolabatur: & Hecataë terrestri in triuio cœnæ loco missus, piacularis sacri, auertendi mala expiandiq; gratia facti partes obibat. Lacedæmone porrò Marti, deo cædibus deditissimo, catulos infecabant. apud Bœotos publicum est sacrificium, quo cane in duas discisso partes, per earum medium transibant. ipsi Romani Lupercalibus mense Februario canes litant. Itaque abs re non est, quod sacerdoti supremi ac purissimi numiniu[m] familiæ suæ canem aut aliquid cum eo rei habere nefas statuerunt.

CXII. Cur eidem non licet ederam tangere, neq; per viã transire, vbi vitium propagines in sublimi sunt prætentæ? An hæc horum sunt similia, Non edere in curru, neq; insidere chœnici, neq; scopas transcendere? non ista meruentibus aut caueri volentibus Pythagoricis, sed alijs rebus per has ambages interdiceret. Ad vinum enim refertur, quod subire viti prohibetur sacerdos: scilicet nefas esse eum inebriari. qui enim ebrijs sunt, eorum superius capitibus est vinum, atque ea degrauat & premit: cùm par sit voluptate ista superiores esse, & non vinci à vino, sed ei moderari. Ederam autem an vt sterilem & inuilem hominibus, imbecillámq; & ea de causa alijs quibus innitatur opus habentem, vmbraq; & vitore suo multis quasi præstigiando imponentem nō voluerunt absque emolumento & frustra in domibus ali, & circumplicare se alijs stirpibus, quibus ea re nocet, solúmq; occupat? Hanc videm ob rem edera & Olympijs sacris arcetur: & neq; Athenis in Iunonis, neq; Thebis in Veneris sacris rebus vllus cœtæ syluestri locus est. Bacchanalibus, alijsq; id genus sacri. quorum maior pars peragitur in tenebris, adhibetur. An hæc ipso etiã signo orgia Bacchi volebant esse vitata? Bacchi-